

Maleficiatus

Fo. CLXVI.

numerum vnum delictum: sed p omnibus vnum. cu*m* ipsi non offendantur ex tali ductione. sed magis res publica que est vna offendit ab uno ducente contra numerum. **Eadem ratione si statutum dicet. q nemo possit habere ad coniugium ultra decem personas sub certa pena.** Terte si habuit. xxx. vel xl. vnum delictum est p omnibus ut dictum est.

Insta hoc quero de questione qua dicit **Bar.** se vidisse de facto psis. Dicebat statutum. Ad nuptias non possunt invitari ultra. xiiij. dominas. **M**odo quidaz ducebat uxorem ipse et filius suus. ut posint invitari. xxiij. domine tanq; sint due nuptie. an. xiiij. tñ. **R**espond. q licet duo sint matrimonia. et ex isto respectu possint dici due nuptie. tamen quia hoc sit vna simul quo ad solennitatem. vnicet nuptie dicuntur. vt. l. patris et filii. ff. de vul. et pub. hec **Bart.** Sed hoc **Ang.** non admittit. qz dicta. l. nihil facit ad hoc. nam ibi testamentum filij sine paterno esse non potest. **E**t ideo dependet testamentum filij a paterno. **E**t ideo dicitur esse vnum. sed nuptie patris et filii: non sunt dependentes vel inseparabiles. **E**t ideo forte trium esset dicendum.

Totrum autem ludus qui innitit industrie vel ludus scachorum. baliste. pile. et bmoi sit licitus. Ita q lucrans ex his ludis non teneat ad restituitionem. **R**espon. fm docto. q bmoi ludi non sunt exhibiti de le: vt est tex. in. l. penul. et xl. ff. de alea. vbi concessus vide omnis ludus qui sit gratis virtutis expientis. **E**t dicunt quidaz vt recitat **Panormi.** vbi s. q in hoc casu id qd vincit non subiacet restitutio. cum non submittant se homines fortunae. **I**nimo bonum exinde puenit: cum exerceant se ingenio non tu debet ludi magna qualitas. **E**t **P**anormitanus dicit. q non debet quis se exercere principaliter. ppter lucrum. **A**ls credit q idem esset dicendum. sicut dictum est supra de ludo fortune.

Tan ante liceat clericis ludere ad scachos causa recreationis. **S**lo. in anten. interdicimus. **L**e. de epis. et cde. dicit q sic. **S**ed **Ja.** et **De.** vt recitat **Cy.** ibi tenent contrarium: quia ratio phibitionis fuit vacatio a diuinis officijs: que magis attingit p ludum scachorum q per ludum fortune. **E**t si fm predictos doct. ludus scachorum est exhibitus clericis: multoformis est. exhibitus religiosis. quia p Hiero. de cons. di. v. in. c. nunq; dicit religiosis. Nunq; de manu tua vel oculis tuis liber psalterij discedat et c. **E**t hec opinio tanq; honestior videtur tendenda pserit in religiosis. et ne det ei materia relaxationis.

Daleficiatus. **D**e hoc dictum est s. **I**mpedimentum. xv. Et an maleficium possit tolli p aliud vide ibi. **E**t si queras qualiter demones possint vexare homines: q no possint adiuicere hie copulam. **R**u. **P**ro. de palud. in. iiii. q hoc potest fieri multipliciter. **P**rimo ex hoc. q demon est spus habens ptaem

sup creaturam corporalem: ad motum localem. phibendum vel faciendum. vnde potest corpora impeditre: ne sibi mutuo appropinquent directe vel indirecte: se interponendo inter eos corpe assumpto. **S**ecundo potest inflamare ad factum illum: vel refrigerare ab actu illo. adhibendo occulte virtutes: quas optime nouit ad hoc validas. **T**ercio turbando imaginatinam. fantasiam. et extimauam que reddat mulierem exosam. **Q**uarto. phibendo directe rigorem membrorum: sicut et motum localis cuiuscumque organi. **Q**uinto. phibendo missiōnem spirituum ad membra in quibus est virtus motiva. quasi intercludendo vias seminis. ne ad vasa generationis descendat. vel ne ab eis recedat: vel ne excidatur. vel ne emittatur. **I**dem **A**rchi. floren.

Daleficiatus. **A**trimonium primo
pmuniter quid sit. **R**u. est viri et mulieris punctionio individualis vite puetudinem retinens. **D**icif punctionio. s. animorum et matrimonialis. Individualis et c. **I**ntelligit fm v. de matrimonio pluminato p copulam carnalem. quia ante possunt separari ut dictum est s. **I**mpedimentum primo. **I**tez intelligit de matrimonio fideliū: q matrimonii infidelium potest separari: ut dictum est s. **I**mpedimentum. ix.

Tan autem papa possit dissoluere matrimonium pluminatum per copulam inter fideles. vide infra **Papa.**

Quod dicitur de matrimonio. **R**u. fm **Ray.** dicit qsi matrimonii munus. i. officium. q dat mulieribus esse mires. et iō magis denotat a mire q p pie. qm in eo plus appetet mires officium q patris.

Terzum matrimonium sit sacrum. **R**u. fm **Zho.** in iiii. **S**acramentum importat remedium p petri p sensibilia signa. et cum hoc inneniat in matrimonio. in sacra pputat. **E**t forma huius sacri sunt vba. seu signa. qb p sensibus matrimonialis exprimit.

Quod matrimonium fuit institutum. **R**u. fm **Zho.** **M**atrimonium fm q ordinat ad pcreatorem. ples q erat necessaria etiā peccato no exire: institutum fuit autem p petri. **A**de. h fm q matrimonium pbet remedium p vuln' peccati. sic institutum fuit post petrum tpe legis nature. fm autem determinat psonarum in stitutorum habuit in lege moysi.

Que sunt cause institutorum matrimonij. **R**u. fm **Ray.** due sunt pncipales. s. susceptio sobolis educande ad cultum dei. **H**u. j. **P**rescite et. **E**t vitatio fornicationis: pme **Zo.** vii. **S**ecundarie vero multe sunt. ut qnq; pacis reformatio. pulcritudo uxoris. duitie et bmoi.

Tunq; tenet matrimonium non factum causa. ples h. pte secundarias casas nunc dictas. puta. pte pulcritudinem diuitias et bmoi. **R**u. fm **Ray.** sic. **S**uficit enim q pbera intendunt. et psentient p vba de pnti. xxiij. q. ii. solet. **D**eut. xiiij. **S**i videris mulierem pulcram et c.

Tan aut talis vbens pncipaliter. ppter predictas causas. puta. pulcritudinem. diuitias et bmoi pccae iiii

Matrimonium. I.

et mortaliter. **Q**uidam dicunt quod sic. sicut si quis principaliter baptizare ppter sanitatem. vel quem faciendum: non curans de gratia baptismali non esset hoc sine contemptu et iniuria et irreuerentia; et ab usu sacramenti. **S**ed Archi. floren. dicit. quod ista sententia est multum dura et multos involueret. et videtur esse pro illud quod habet. iij. Regu. i. c. vbi dauid. **A**b his lumen amite duxit in uxorem ut solus calefaceret eum. et non spe plis. nec timore fornicationis. quod non cognovit ea. nec tamen peccauit. Additum est Archi. floren. quod dato per liberum ppter voluptatem principaliter esset pctrum mortale: non tamen cognoscere ppter voluptate esset mortale. dummodo non esset factur cum alia. quod non est ita damnabilis abusus rei pmonis: sicut rei sacre: sicut bibens cum cipho pmoni: ppter voluptatem non est in se nisi veniale: sed non ppter hoc sequitur quod portans calicem ad tabernaculum ad bibendum ppter voluptate quod peccet mortaliter. **E**t hoc ppter abusum rei sacre. Qui autem libet matrimonium per verba de pnti ppter finem indebitum abutitur rei sacrae: quod essentia sacramenti ibi distinetur. **S**ed quod cognoscit uxorem suam sine indebito abutitur rei sacrae. et muliere. quod essentia sacramenti translatum. unde non adeo peccat. **E**t est ar. quod si in clera pena pecuniaria punit malefactores: dum tamen non esset alii puniti. licet querat pecuniam nibil cogitans de actu et de iusticia: dum tamen non sit factrus iniuste: non est nisi veniale. **N**am si preponeret expesse vel explicite pecuniam. non esset excusat a mortali. **E**t nota hoc p istis dominis tptibz quod puniunt pecunialiter delicta suorum subditorum. nam si hoc faciunt principaliter ppter cupiditatem. alii non facturi nec puniti per predicta peccata mortaliter.

Fan autem atrahens matrimonium in peccato mortali peccat mortaliter. **R**u. **P**e. de pal. in. iij. dicit quod sic. dato erit quod esset ptitus. et sic fini eum regnus voltra ptitus etiam pfectio. Alius tamen videtur pnu. quod est pmonius.

Fque sunt bona matrimonij? **R**u. **D**s. sunt principaliter tria. scilicet fides. ples et sacramentum. In fide attendit ne eum alio vel alia pmissent. In ples et amanter suscipiat: et religiose educat. In sacramento: ut matrimonium non separaretur. **E**t predicta tria adeo sunt substantia pungio quod pditio est aliqd istoz apposita viciat dictum matrimonij extra de pti. appo. c. fi. et ibi **P**ano. ponit regulam in materia matrimonij. quod ois pditio appolita est substantia matrimonij viciat matrimonium et viceversa. **E**t ponit exemplum de eo quod accedit in facto. **Q**uidaz huius suspicionem de incertitudine futura mulieris. dicit secundum cum pditione. quod si pmitteret adulterium siceret sibi recedere a matrimonio et alias ducere. **C**erte non est ibi matrimonium.

Ftrum intentio non fuandi fidem viciet matrimonium. **R**u. **F**m. **B**uli. si aliquis ptrahit matrimonium: non habens positum fuandi fidem hadul terandi. nihilominus tenet matrimonium. dum tamen hoc non deducatur in pactum. **S**i autem deducatur in pactum ut quod liceat adulterari. vel quod pro-

stituat uxorem. non contrahitur matrimonium. c. fi. de condi. appo. **S**ed de hoc dicit. i.

Ftrum intentio non exigendi debitum vice matrimonij. **R**espon. **P**anormitanus in causa comissum. extra eo. quod non. dummodo hoc possum non deducatur in pactum expressum. **E**t sic intellige. d. c. fi. **E**t ex hoc invenimus quod inter beatam virginem et ioseph fuit vere matrimonium. licet beatavirgo animo in copulam non consenserit. **E**t hoc facit ad questionem quotidiana. **N**am multibz habentes filios ex concubinis: et amore. plis legatimande inducuntur in articulo mortis cum omnino desperent de salute et de morte sint securi ad contractandum cum illis matrimonij. nunquid inter eos sit vere matrimonium cum non videatur pensus in copulaz. **E**t certe per predicta videtur dicendum quod sic.

Ftrum intentio non habendi plem excludat matrimonium. **R**u. **F**m. **P**e. firma intentio plem evitandi excludit matrimonium. **D**ico maxime si deducatur in pactum. sed tamen intentio non educandi plem non excludit.

Fque est differentia inter matrimonium legitimum et ratum. **R**espon. **F**m. **R**ay. matrimonium legitimum et non ratum est. quod legali tamen institutione vel punctione moribus inter infideles contrahitur quod ideo dicitur non ratum. quia sine fide non. **R**atum vero et non legitimum est: quod inter fideles et legitimas personas: sed sine legitima solennitate contrahitur. **Q**uoddaz vero est legitimum et ratum: quod inter fideles et legitimas personas et cum legitima solennitate contrahitur.

Ftrum pributus sit de integritate matrimonij. **R**espon. **F**m. **R**i. in. iij. quod matrimonium duplicitate potest considerari. Autem pributus ad eius perfectiorum primam: que est perfectio essentialis. **E**t sic carnis copula: non est de eius integritate. quia sine ea est matrimonium ratum. Autem pributus ad eius perfectiorum secundum quod est perfectio aliquod modo accidentalis. **E**t sic copula carnis est de eius integritate: p illaz enim efficit matrimonium consummatum. **S**icut dicitur quod puer per eius deductum ad quantitatem perfectam. efficit vir plummatus qui tamen puer existens totam bz suam perfectionem in esse primo: que respicit hominis essentialiam.

Fan autem appellatio viri et uxoris veniant sponsi quod solum pterunt matrimonium per verba de pnti absque carnali copula. **R**espondeo. **P**anormitanus in causa ex publico. de puerione pung. p. tex. illius dicit. quod appellatione viri et uxoris intelligit de his quod matrimonium plummaverunt: non aut de his qui solum pterunt per verba de pnti. **Q**uod facit ad quod in qua alii in ciuitate senarum dicit se plumbuisse. Statuto illius ciuitatis caueat. quod uxori decedente sine filiis maritus lucrum dimidiam ptem dotis.

Fontigit iuuenem pxisse matrimonium per verba de pnti cum quodam puella et matrimonio uero plummato puella deceperat: querebatur. ut sponsus deberet lucrari dimidiam dotis. **M**ulti dixerunt quod sic: fundantes se. quod matrimonium dicitur. et punges

Matrimonium.). Fo. CLXVII.

appellant interueniente consensu de presenti. nam
piens facit matrimonium. xxvij. q. secunda suffi-
ciat. Item non possunt tales dici sponsi cu resistat
ethimologia vocabuli. Dicunt enim sponsi quasi p.
missi a spondeo. es. h. ea que p traxit p verba de p*uti*
ti non potest dici pmissa. Et p*utis* non ognue ap-
pellat sponsa. Sed in p*utum* facit singulariter ille
tex. ex publico. nam cum appellatione matrimonio*r*
p*utum* quicq*ue* intelligat de matrimonio p*summatu*
Et de his q*m̄moniu* p*summatuerūt*. et tale m*rimoniu*
dicit magis firmu*r*. q*uod* in hac materia oculos
vbi sponsa sine ca*p*dit dimidi*p* dotis; debem*u*
intelligere verba in potiori significaro. ar. S. h. quoti-
ens. insti. de iure naturali. Item ex p*utum* v*is* lo-
quendi nisi si sponsa sit cognita; no*n* amittit nomine
sponse. p*uoc* hoc tex. in. d. c. ex publico. ibi a viro de-
sponsata. Ad hoc etiam facit; q*uod* v*bi* in lege no*n* ex-
primit ca*p* debemus ca*p*z legis p*lecturari*. et ad eius
lites restringere et ampliare dispositio*n* legis. iuxta
theoricam doct. in. l. non dubium. L. de legi. Sed
causa deferendi tale lucrum marito no*n* potuit esse
alia q*uod* p*pter* nimu*r* sumptu*r* quem maritus facit in
ducendo uxorem ad domu*r*. que ca*p* cessat in sponsa
nond*u* traduera ad domu*r* viri. et q*uod* p*utis* debet ces-
sare dispositio statuti. Nam si lucru*r* p*tingeret*. p*re*
fectum piugalem. statutu*r* declisset p*simile* lucru*r*
uxori p*mortem* mariti. vnde si lucrum esset pari-
ter v*tric* p*minu*e; tunc bene crederem q*uod* p*oben-*
derent sub v*bis* statuti sponsus et sponsa p*verba*
de p*inti*. Et sic intelligerem. l. deo nobis. L. de epi.
et cle. Unum t*n* semp notabis q*uod* in materia larga
appellatione mariti et uxoris veniunt etia*s* sponsi
p*verba* de futuro ut singulariter p*bat* in. l. non
line. L. de bo. q*uod* li. h. Bar. in. l. n*ibil*. ff. rex amo. in
terminis questionis. posite tenet contrarium; du*m*
modo matrimoniu*r* fuerit contractum p*verba* de
p*scenit*; etiam si cum ea non habitauerit allegat ad
hoc. d. l. n*ibil*. Idez vide tenere Bar. in. l. deo no-
bis. L. de epi. et cle. licet contrarium teneat in. l. no*n*
line. L. de bo. que. li. L. aut*e*. in. l. v*nica*. L. de rei
uxo. actio. vide tenere opinionem Panor. et dicit q*uod*
tale statutum est ferrarie. et hoc factu*r* fuit. p*pter* ex-
p*ensas* q*uod* facit maritus in uxore et p*pter* nuptias
et hec opinio vide rationabilior.

Et p*pter* dicta determinat alia questio. Statutum
dicit. mulier maritata no*n* admittat cum fratrib*u*
ad successionem patris. Quidaz decessit relictis fi-
liis masculis et filia despontata p*verba* de futuro
Querit nunq*ue* ista debeat excludi a successione pa-
terna. R*an*d. Panor. sup rubrica de spon. dicit. q*uod*
no*n*. ex quo agit deodio. appellatione maritate no*n*
venit sponsa. Secus si ageret de fauore. p*uoc* hoc bo-
nus. in. d. l. no*n* sine. et vide bonam glo. insti. de
nup. S. si ux*o*. Idez tenet L. in. d. l. no*n* sine. Idem
in. de are. et Pe.

Querit de alia q*uone* notabili. Statutum cui-
taris disponit q*uod* p*obens* matrimoniu*r* cu filiafa. sine
p*ensi* patris incurrat certam penaz. Titius p*bit*
statutu*r*. quenit ad penaz. An index ecclesiastic*u*
possibilib*u* ne p*cedat*. So. hec. q*uod* fuit disputa-

ta bonorie et determinatum fuit q*uod* non; put reci-
tat. Se. in. c. statutu*r*. el. i. de hereti. li. vi. q*uod* iurisdi-
ciones sunt distincte de iudi. nouit. Item q*uod* statu-
tum est v*tric* iuri p*sonu*. xxxij. q*uod* honorant. nec
est sup substantiam matrimoniu*r*; h*u* sup formaz p*obend*. Item licet lex positiva legem diuinaz tolle-
re non possit; illaz t*n* distinguunt et modificant. Item
hoc statutu*r* viget quasi in omnibus ciuitatibus italie.
In contra*r* facit; q*uod* posset filiafa. v*go* vel vidua ei-
se quadragenaria vel ultra. vnde videtur absurdum
q*uod* sine patris p*ensi* non posset habere vi-
metu p*ete*. Et negari no*n* potest q*uod* iste metus im-
pediat matrimoniu*r* p*trahendum* directe. Vel in di-
recte ergo non debet valere. et istam opinionem te-
net ibi gemini. Et p*uoc* hac opinione facit q*uod* notat
Panor. in. c. i. de sponsa. in simili q*uone*. Statuto
can*e* q*uod* p*obens* matrimoniu*r* cum p*uelia* a*n*. xxv.
annu*r* sine p*ensi* duor*u* agnator*u* incidat in certaz
penam. vel p*trahens* matrimoniu*r* absq*ue* p*nitia*. x.
p*sonaz*. incurrat certam penaz; nunq*ue* valeat sta-
tutum. Et p*cludit* Panor. de mente Jo. an. q*uod* ta-
lia statuta non tenent. q*uod* hoc intimidat m*rimo-*
nium q*uod* debet esse libez. licet Gaspar de cal. tenuis
erit stratum.

In aut*r* p*sueto* patrie possit disponere circa
matrimoniu*r*. Respon. Panor. v*bi* s. refert Inn.
tenere q*uod* circa substantiaz matrimoniu*r* disponere
no*n* potest. h*u* circa dotem forte q*uod* sic. D. an. lat*u* dic
q*uod* aut statutu*r* patrie disponit circa substantia*lia*
matrimoniu*r*. P*uta*. in ualidando p*ctum*. vel in ua-
lidando p*sonas*. et non valet statutum ut in. d. c. i.
Ex quo potest notari q*uod* leges ciuiles p*hibentes*
matrimoniu*r* inter tutoriem et pupillam. rectorem p*u-*
incie et p*uinciale* et inter similes p*sonas*; no*n* te-
nenit. Idem tenet sed. de se. dicens. q*uod* statuta et le-
ges laicorum circa matrimoniu*r*; nullius sunt mom*u*
ti. q*uod* hec materia no*n* est de foro seculari; h*u* ecclasiasti-
co. Quidaz statutu*r* disponit circa penaz erga substi-
tutia matrimoniu*r*. Et si hoc facit apponendo pe-
nam de nouo. et sic inferendo damnum; non tenet.
vt in exemplo s. posito. Quidaz p*o* statutu*r* imponit
penam auferendo lucru*r*; q*uod* lex secularis attulerat.
Et tunc tenet. In. q*uod* valeat statutum. Et hoc
sequendo glo. ordinariaz Jo. an. in ca. cum fm le-
ges. de hereti. li. vi. h*u* glo. est incontrariu*r*. xxxij.
q*uod* de p*uellis*. Hoc idem sentit sed. Et hoc p*l* placet Panor. Quidaz statutum laicorum disponit cir-
ca dotem. et valet s. dicit Innoc. Quandoq*ue* circa
solemnitates. Et tenet etiam d. an. tunc valere sta-
tutum. Et peccant non fuentes illam solemnita*m*
tem. Sed Panormitanus dicit q*uod* doc. ibi non lo-
quunt de statuto; h*u* de consuetudine patrie. vnde
dicit q*uod* statutum tale laicorum est nullum. quia ma-
teria non pertinet ad laicos. Secus de consuetu-
dine. quia in ea interuenit consensus episcoporum et cle-
ricorum. vnde non fuentes talem p*suetudinem* salte*r*
qui est talis q*uod* et eius p*teritione* eccl*a* reddat incri-
ta de p*ctu*; peccant mortalit*u*. Et sic intellige dicta
doctor*u* in. d. c. i.

Sed dubitat circa predicta. Quid si consue-
te*r* iii

Matrimonium.ij.

endo mariti et uxoris est diversa. **H**oc florentin⁹ præxit matrimonium cum senensi senis. Et est alia præuetudo senensis a florētina. numq; attendem⁹ præuetudinem ubi m̄rimoniū est ſectum. vel præuetudinem mariti. **R**u. **P**anor. in. d. c. i. dicit. q; aut præuetudo disponit ſup ſolennitate ſhendi. et d; ſp obſuari præuetudo patrie ubi matrimonium præhabitur. etiam ſi ambo ſhentes ſint floren⁹. q; non dñt pegrini violare præuetudinem patrie cū ſcandalō alioz. vii. di. que p. Aut præuetudo ſeu ſtatutum diſponit ſup executione. vel ſup alijs obſuandis p⁹ contractum. **A**debet attendi conſuetudo domicili⁹ ipſius mariti. l. ſi. **I**tem reſcriperunt. ff. ad mu-ni. vnde animi destinatione matrimonium ſectum videt in domicilio mariti. ar. in. c. romana. ſ. con-trabentes. de ſo. ppe. li. vi. vnde ſi conſuetudo vel ſtatutum domicili⁹ mariti habet. q; maritus ſupiuens debeat lucrari dimidiā dotis. ſuabit ibi illa conſuetudo. licet in loco ubi fuit ſectum matri-monium ſit alia præuetudo. vel ſtatutuſ. Et beſunt de mente **H**ar. in. l. exigere. ff. de iudi. Idem ſeq-tur in effectu. d. an. in. d. c. i. qui dicit ſe putare. q; ſi maritus mutaret domicilium post contractum matrimonium. q; attendet conſuetudo domicili⁹ tempore contractus et non domicili⁹ ubi diſſolu-tur matrimonium. quia debeat attendi locus ubi ora-ta eſt obligatio. et nō ubi recepit purificatio-nem.

Matrimonium secundo.

M quis poſſit ſhere. Respondent doct. etas apta in puerō eſt annoz. xiiij. et in puella. xij. extra de despon. impu. c. puberes. et c. ptingebat. Et ſi ante ſhent non eſt matrimonium: niſi eent primi pubertati et malicia ſuppleret etate. eſt de despon. impu. c. de illis. el. ij.

Hz querit: q; d. c. de illis. reqrit duo. ſ. q; ſint primi pubertati. et malicia ſuppleat etate. an ambo reqrant de neceſſitate. **R**u. **P**anor. in. d. c. de illis. dicit. Si incipit a primo. ſ. a. primitate puber-tatis neceſſario requirit. Scdm. q; primitas etatis ſola non ſufficit ad ſhendum matrimonium. Hetiā neceſſario requirit ſcdm. ſ. malicia. Et quo ad hoc exponit malicia. i. vigor naturalis ſeu potē-tia coeundi. ut colligit ex dicto tez. Ibi potuerint piungi. nō em̄ ſufficeret malicia in rebus agēdīs. ve in. c. puberes. de despo. impu. **H**z ſcdm bene ſuffi-cit ſine pmo. dūmodo ſint doli capaces. ita q; po-tuerint diſcernere vires m̄rimoniū ſic d illo puerō ix. annoz q; reddidit nutricē ſuam pgnantē. ut di-cit glo. xx. q. j. in ſumma. **H**z diſceptatio nō modi-ca eſt in doc. quō dephendat potētia iſta coeundi q; hēat ſupplere defectū etatis. Quidaz em̄ dicunt q; reqrit. q; vere int̄ eos copula inceſſerit. qd etiā ſeqz **H**o. **G**off. **I**nno. **A**bb. et **J**o. an. tenet op-positū dicētes ſatis eſſe q; potuerint piungi. Quid em̄ ſi minor: annis. xiiij. alias mulieres cognouit. vt ſi femina minor. xij. ab alijs fuerit cognita. certe ne-mo negabit m̄rimoniū nō pſiſtere inter iſtos. exq; apparet eos potētes ad copulā. Et p bac ſinā hēs

glo. in. c. vniſ. de despon. impu. li. vij.

Hz maius dubium eſt qn̄ non pſtat dare: h tñ p signa. puta. ex aspectu corporis. vel ex alijs signis extrinſecis. mulier vel masculus v̄ apt⁹ ad copula-m. et ſentit **I**nno. hec signa ſufficere. **D**icit placet **P**anor. ar. c. attestationes. de despon. impu. ubi nixus ad copulam cū pſensu adhibito. ppe etatez legitimam ſufficit ad m̄rimoniū. **H**z ad ſedicta vi de **N**ico. de lyra. **E**ro. xxij. c. vbi dicit fm. ra. **S**al. q; ortus piloz. et mēſtruz ſunt signa pubertatis imo mēſtrua dūtarat ſufficunt ad indicandum pubertatem in muliere fm. medicos. Et vbiq; et qn̄cunq; mulier incipit hēc mēſtrua: ſemper eſt apta ad generatōz. A contrario. ſi non habet mēſtrua nūq; poſſet generare. Et p pñs tunc malicia non ſuppleret etatem. puer vo ſi eſt potens ad emissionem ſeminis. di aptus ad matrimonium ſhendū. Et hoc nota.

Qualiter aut d; intelligi. q; q̄ ſit primus pu-ber-tati. **G**lo. in. d. c. continebat. dicit qn̄ tñ distat p ſex menses. Et **P**anor. dicit. q; hec glo. ſacit ad ſtatuta. ut dicat q; pñm aliciu etati. cum ab illa distat p ſex menses vel min⁹. Et bene facit. l. non tñ. ff. de exca. tu. q; pbat q; distans p ſex mēſes d; ppe illam etatem. Idem **H**o. et **I**nno. h **P**anor. dicit. q; hoc p̄muñter nō tenet. ut eſt glo. in. ſu-rious. **I**nſi. de inuti. ſtip. et in. ſ. i. ſumma. **I**nſi. de ob. q; ex delic. naſ. q; dicunt. q; masculus d; pri-mus pubertati. cū eſt in. x. anno cū dimidio. **F**emi-na vo: cum eſt in nono cū dimidio. Et eſt rō: quia poſt puericiam q; ptingit in. viij. anno. reſtant. viij. anni vſq; ad pubertate in masculo. vnde exq; ercit medietatem hui⁹ pñis. v̄ magis pñm puber-tati q; infantie. et idem dic de femina.

Hz aut in ultima die. xiiij. anni. vel. xij. valeat m̄rimoniū ſectū. **R**u. **P**anor. in. d. c. attestationes dicit ſe credere q; ſic ſic dicim⁹ in testamēto. l. q; etate. ff. de testa. Et hoc fauore matrimonij.

Quid aut ſi minor ſeptēnio ſuit cognita a ſpō ſu-nūq; erit m̄rimoniū ſlūmatū. **R**u. **H**o. d deo dīc q; ſic. h **P**anor. in. d. c. ptingebat dīc. q; ſi puer ſue-rit minor ſeptēnio q; qn̄tūcunq; fuerit cognita nō erit matrimonium. q; nō v̄ hēc pſenſum aptum ad diſcernendū qd ſit m̄rimoniū. niſi eſſet multū doli capaz et diſcreta.

An aut habilis etate. puta. xiiij. anor. in puerō vel. xij. in femina impotē ſuū ad coeundum valide ſhat m̄rimoniū. **R**u. **G**lo. in. c. puberes. de despo. impu. dicit. q; habilis etate. impotens ſuū ad coeundum valide non p̄trabit matrimonium. et refert als tenuiſſe ſhium. Et hanc opinionem doc. ibi p̄muñter ſequit̄. ut refert **P**anor. ibi reprobadō glo. Exquo em̄ hz etatem legitimaz ad ſhendum ma-trrimonium. nec appet de impedimento ppetuo: te-net matrimonium. Als ſequeret q; impotens ad co-eundum. ppter infirmitatem non poſſet p̄trabere matrimonium. vnde iſte adoleſcens d; expectare vſq; ad plenam pubertatem. ſcilicet. xvij. annorum que vocatur plena pubertas. Et ſi adueniente tali etate non poſſet generare. et mulier instaret

¶ dissolutione: posset fieri dissolutio: quia tunc psumeret esse impedimentum perpetuum. Et bec opinio doct. videt equior fīm Panormi. Sed opinio forte est verior restringendo eam ad minorem put loquit. Nam etas: matrimonium considerantur ex eo q̄ muniter accidere solet. Et ex quo claram est q̄ non potest generare: ergo nō est pubes respectu matrimonij. Potest ergo iste assumulari impuberi.

¶ Opt fruoris possit p̄here. Rū. si non h̄z lūcidū interuallum p̄here non p̄t. q̄ ibi nō est p̄sens. Idem dic de ebrio.

¶ Nunq̄d autem absentes possint p̄ procuratore p̄here matrimonij. Rū. possunt. Sicut Isaac cū rebecca. xxxij. q. iij. S. cum dī. h̄z nō est idone p̄ curator: nūlī sup̄ hoc bēat specialissimū mandatū. vt exprimāt plōna cum qua dī p̄hi matrimonij. vñ. l. generali. ff. de ri. nup. r. i. c. si. de p̄cu. li. vij. Nec potest alium substituere. nūlī sit ei sp̄aliter cōmissum.

¶ Quid si aliquis p̄sentit in absentem per verba de p̄senti. deinde mittit procuratorem ad eam. et antec̄ illa similiter p̄sentiat ipse dissentit. Et postea illa p̄sentit: credens eum in primo durare p̄sensu. Respond. Astēn. li. viii. dicit. q̄ si ille qui reuocat mandatum et reuocatio peruenit ad procuratorem ante q̄ illa cōsentiat: nūlī actum est. et hoc est clarum. Si vñ peruenit post q̄ illa iam p̄senserat. et de hoc potest fieri ecclesie fides: similiter non tenet matrimonium. quia nec vere nec interpretatue p̄currunt p̄sensu. Si tamen p̄staret ecclesie de primo p̄sensu viri. et de mandato procuratoris. et de cōsensu mulieris subsecuto. et non p̄staret de dissensi p̄sensu privato. cogetur vir. ppter probationis defectum p̄summare matrimonium. q̄ ecclesia non indicat de occultis. Et sic fīm hoc diuersimode diuersa iuria loquunt de hoc. Et aliqua loquunt in primo casu. aliqua in secundo. Si autem post q̄ mūlit procuratorem non p̄sensit nec dissensit. tradens forte factum h̄mōi obliuioni. ppter occupatiōe vel aliam cām. videf simpli standum p̄ matrimonio: tum ppter eius fauorem. tum q̄ nō h̄z obicem p̄trarie voluntatis. et de re iud. duob. et et de bap. maiores. Idem Ray.

¶ Quid si eum qui p̄xit peniteat ante q̄ absens p̄sentiat. reuocatio tñ ad procuratorem vel absentē nō venit cum quo p̄xit. nunq̄d tenebit factum procuratoris. Rū. Astēn. vbi s. q̄ non. q̄ ibi deficit p̄sensu in idem tempus p̄currens. sine quo matrimonij non tenet. xvij. q. iij. sufficiat. ar. aut in p̄ri um est. et de p̄cu. in p̄nitia. Sed hoc esse credim⁹ sp̄ale in matrimonio. s. Q̄ matrimonij non tenet. etiā si reuocatio non p̄ueniat ad procuratorem. dñmō de dissensi p̄bentis constet. hec Inno. et de spon. Juuenis. et h̄i et de p̄cu. c. fi. li. vij. vbi dicit q̄ si procurator ante q̄ p̄xit matrimonium a dñō fuerit reuocatus: matrimonij postea p̄ctum a procuratore non tenet. licet reuocationem h̄mōi tam procurator. Et illa cum qua contraxit p̄sens ignorat.

¶ Sed cum non sufficiat consentire nisi consensus exp̄maet et notificet inter p̄trahentes. quomo do potest esse matrimonij inter abūtes p̄ eplam vel nūcium: donec ille ad quem mittit ep̄la. vel nūcium renotificauerit cōsensum suum absenti. Respon. Astēn. q̄ quando ille cui mittit nūcium procurator renotificat ipsi nūcilio suum p̄sensum idem est ac si renotificaret mittenti. Quando aut̄ līa mittit per nūcium qui nūlī seit de facto. sed nudum ministerium portandi līam est ei commissum. tunc si ille vel illa cui mittit h̄mōi līa nulli notificat p̄sensum suum. Rod. credit q̄ q̄tum cōsensu p̄sentiationis est matrimonium p̄ctum: sed tunc demum cum nūcilio notificauit cōsensum. vel absenti qui līam misit: vel etiam alij. ar. xxij. q. iij. honorant. Et si habes ex p̄dictis. q̄ p̄trahit matrimonij per procuratorem. licet adhuc non venerit ad noticiam alterius. s. absentes. Statim enim vt expressit consensum suum procuratori vel alij est matrimonium. quia id sunt subalia matrimonij. s. p̄sensus expressus amboꝝ.

¶ Quid si dñs nūcilio vel procuratoris iurauit nō reuocare: nunq̄d tenet reuocatio. Rū. Dir. li. j. q̄ sic. licet sit p̄iurus.

Quot aut̄ modis p̄han⁹ sponsalia. Rū. Dire. q̄ octo modis p̄bunt sponsalia de futuro. Primo nuda et simplici p̄missione: vt cū vir dicit mulieri. Ego accipias te in mea. et econuerso. et eo. si inter. Scdo p̄ fidei datōz: seu iuramenti int̄positōe. qđ idem est fīm Tho. Tercio sub p̄dictiōe: vt cū dicit vir. Accipiam te in uxorem: si p̄i meo placuerit. et de p̄di. ap. de illis. Quarto anuli subarratōe. xxij. q. iij. si q̄ uxorem desponsauerit. Quinto datione arraz vel pecunia. vel alijs rebus datis loco arraz. L. despon. l. arris. Sexto p̄ nūcium vel procuratorem de hoc dictum est. Septimo p̄ eplaz sive līaz. ff. e. l. fi. et de hoc dictum est. Octavo p̄ parentes: si fuerint filii p̄ntes et non p̄dicant. vel si fuerint absentes et ignorantes: dñmō modo postea scientes ratificauerint tacite vel exp̄sse. et de despon. ipu. si infantes. li. vi. als filii non obligant.

¶ Et qđ si sponsalia p̄han⁹ p̄ alios. ut p̄t p̄ frēs vel auunculos. vel amicos. Jo. an. et Ho. dicunt q̄ eadem rōne p̄bunt p̄ tales. sicut p̄ parentes. et eo. ad id. Et Direct. dicit q̄ non fīm Inno. dērēti. spoli. ex pte. Idez Al. Vin. Tan. Ber. et Hof. Nec ob. d. c. ad id. fīm Inno. quia ibi ad p̄suasio nem viri mulier alij nūpsit. vel quia interuenit copula carnalis. Et sic ratum habuit: sicut p̄ p̄sens voluntatem. Quam em̄ p̄tārem habet frater me⁹ vel patrius. vel quicq; alius me obligandi sine mea expressa voluntate. vel ratificatiōe potissime vbi est casus in quo verba req̄runt. sicut est in sp̄ salib⁹ et matrimonij. et eo. si int̄. Sed de hoc die vt in se. ca.

¶ Mota fīm Johan. and. in ea. procurator. de p̄cura. li. vij. modum contrahendi sponsalia et matrimonij p̄ procuratorem. Si sponsalia: debent dicere. I. p̄mitto tibi de mandato talis domini mei. et nomine eiusdem. q̄ ipse te ducet in uxorem.

Matrimonium. iij.

z hoc in animam suam iuro. Et versa vice puella respondebit. pmitto tibi nomine domini tui recipienti. z sibi p te. q ego ducam ipsum in virz; nisi steterit per ipsum. z hoc iuro. In matrimonio de presenti dicet. talis dominus meus mandat tibi. q ipse per me; siue mediante me; z tibi nunciente accipit te; z psentit in te tanqz in vxorem suaz. z econuerso rndebeit puella. z ego te mediare; dominum tuum recipio in virz meum. cum ipse te mediante me in suam recipiat. z in eum psentio tanqz in dum z maritum.

Matrimonium tertio.

Muod pterabit. Et querit primo. vtrum per pensem cotrabat matrimonium. Respon. q ad pthendu mrimoniū reqrit mutu pensem. Et quo em vir psentit p verba de psendi in mulierem z econuerso seu alia equipollentia verbis; statim est matrimoniu.

Hz vtrum verba ipsa sint necessaria. **R**u. **P**anor. in. c. tue fraternitatis. extra eo. q solo pensem legitimo pterabit matrimoniu. Sed verba requirunt quo ad pbatōem. Et intellige vel alia signa equipollentia. Et dicit fm Hostien. z pmuniter modernio: es verba no esse de substantia etiam q ad ecclesiaz. h satis est q qualiterqz appareat de pensem p signa. etiam in loqui valentib. Nam vba solum exigunt ad ostendendum pensem. Ideo satis esse dz q per signa appareat de ipso pensem. ad hoc facit. ex eo. cu apud. vbi dicit q sufficit consensu. Maz illud dicit sufficere: quo posito nihil aliud reqrit ad substantiam actus. vt no. in. c. statutum. de scriptis. li. vi. Item nullus tex. pse requirit verba. Nec ob. d. c. tue. quia papa respoder pultationi. Et sic no ponit ins de nouo. Et p hoc tollit motiu Inno. dum dicit q ecclisia hoc statut. Nam hoc statutu nullibz habef. Nec ob. q matrimonium est sacramētum; qd requirit aliquod signum exterius. quia dico q bene habet signum vel nutum z hoc sufficit. Et si obiciat p predicta. q solus consensus sufficit; ergo non requirit aliquid aliud. Et sic nec verbum. nec signum: ex virtute significati dicti verbi sufficit: vt dictum est. Respon. Panor. in. c. tua nos. extra eo. q hoc non obstat. quoniaz pensem no potest haberri nisi mediante verbis vel signis. nam si vir ignorat mentem mulieris. z econuerso. ibi no est pensem. id est simul assensus h dissensus z separatus assensus. **G**lo. etiam Ray. dicit q si puella loqui verecunda. z tñ patif se subarrari. vel patif se dotari. ipsa taciturnitate z patientia pensem eius exprimit. quis lingua taceat. **T**ho. etiam dicit sufficere in hoc casu q non contradicat. Si autem nulla sint indicia de consensu eius. non est presumendum de matrimonio. Dicit etiam Thomas q si quis scribat voluntatem suam sine verbis videt sufficere.

Hz Quid si qd dicat. volo te decetero bie in vxore; vel volo q tu sis mea vxor. Respon. fm Panor. in. c. ex parte. extra eo. q qnq verba in pctu conse-

run de presenti. z tunc indubie illico contrahit matrimonium. vt si vir dicat: accipio te in uxore. z econuerso. vt in. c. pe. ex eo. Quandoq verba sonant in futurz. Et tunc: aut denotant principium actus. z tunc soluz pthunk sponsalia de futuro. vt si dicit. Promitto q te ducam in uxorem. vel me ductur talem. vel quid simile. z iste est casus capituli de illis. extra eo. Quandoq verba sonant in futurz: h denotant executōem: actus psummativō perfecti. Exemplum. pmitto q babebo te plegitima uxore. nam no potest haberi p legitima uxore: nisi precedat matrimonium. Hec enim verba z similia denotant executionem matrimonij. unde tacite exquo se obligat ad executionem: videt de presenti contrahere. p hoc facit qd notant docto. in. c. cum. **D**. de consti. vbi dicunt. q si pben clia que solet conferri tñ canonico. si confert extra neo: videt tacite collatus canoniciatis. Et hoc pcedit. maxime si apponatur hoc verbum. ab hoc tempore. vel decetero. nam immediate se obligat ad executionem matrimonij. ergo tacite tunc contrahit de presenti. Sed idem est etiam si non apponantur illa verba denotantia extremitatem temporis. quoniam si in obligatione non apponatur dies videt ineōtinenti obligatio pcta. l. in omnibus. de re. ii. Et iste est. prie casus. d. c. ex pte. Et hec pcedunt nisi hec vba denotantia executōz. sequitur sponsalia de futuro. vtputa. Promitto q ducam te in uxorem. z tenebo te p legitima coniuge. Nam p vba pcedentia restringunt sequentia in tempus matrimonij pctu. l. cu mrimoniū pctum erit. Et p hec pdecidi qd satis dubia. Quidaz ditz mulieri. pmitto tibi q non habeo aliaz mulierē in uxorem nisi te. nun qd sit mrimoniū. **J**o. an. in ad di. spe. sentit mrimoniū esse pctum. qd dicio: nisi cum sequit negatiuam facit positōz. vt notat glo. in regula pctu. de re. ii. li. vi. **D**. an. videt sentire oppositum dicens q dicio: nisi: facit qnq positio nem fm habitum. qnq fm actum. vñ. cum illa vba sint de futuro. q non habeo aliaz nisi te. vñ se disponere q in futurz si est pcturus: pthet cum illa. **H**z si vba fuissent. plata de pñti. vt qd dixit. nolo aliam bie in uxorem nisi te. tñc dictio nisi: denotat actum de pñti. h p predicta videt pctudēdum p prima opinione. Nam si dixisset pmitto q te habeo in uxorem: statim eet mrimoniū. ergo idem si dico q non habeo aliam nisi te. Maz vñ velle q istaz bie bit in uxorem. q incōtinenti: cu non sit apposita de es. hec Panor. Opinio tñ. d. an. vi satis rōabil.

Hz Quid si dicat vir. pmitto tibi q semper prouidebo sicut uxori. z illa similia responder. Respon deo fm Hostien. nisi aliud ptestentur p matrimonio iudicabo.

Quid si dicat. pmitto q no dimittam te. p meliori vel peior. **R**u. fm Hosti. p matrimonio iudicabo. tamen fm conscientiam intentionem eorum standum est. In fozo autem ptestioso. standum est pmuni significationi verbōz. seu iurz/interpretationi. vt in. c. j. ex eo.

Hz Quid de illis qui post datam fidem de pben-

Matrimonium. iiiij. Fo. CLXIX.

do dicunt. **H**abamus in nomine matrimonij. vel osculum nos in vicem. nunqđ p̄trahē m̄rimo-
nium. **R**ū. fīm. vī. Credo q̄ non. nisi hoc agēdo
voluerint recedere a sponsalib⁹ futur⁹ p̄here
de p̄t̄. nam qđ dicunt noīe m̄rimonij intelligen-
tia est p̄hendi potius q̄ tracti. cū ante actu nō
sit de m̄rimonio h̄ de sponsalib⁹. et hoc nisi de p̄ua
intentione p̄stet.

Tu quid si nihil actum sit de sponsalib⁹ s̄ simpli-
ter vterq; dicit dicta vba et seq̄ osculum de cō cō-
sensu. **R**ū. fīm. vī. credo q̄ si p̄hētes p̄ hoc intēde-
bant p̄here: matrimonij p̄ctum est. Ad iudican-
dum aut̄ de intentione: recurrentum est ad circu-
stantias vboꝝ p̄cedentium et subseq̄ntiū et bmoꝝ
indicia. q̄ si nulla apparent: non credo q̄ sit ma-
trimonij. et presertim si vterq; vel alter negat se
intentionem habuisse p̄trahendi. aut si alter ad se
cunda vota transierit.

Tone q̄ qdaz in p̄ntia plurium soroꝝ dicat eis
Promitto vobis: q̄ vnam ex vobis ducaz in uxo
rem. et omnes r̄ndent placet et ita iuraf. postea co-
gnoscit vnam: nunqđ est matrimonij. **R**ū. Ho-
sti. q̄ sic. q̄ ipso facto p̄sentit. s̄ glo. in. c. ex l̄ris. el. ii.
de spon. tenet p̄num. ut nec v̄tute sponsalib⁹. nec
virtute m̄rimonij cogat illam ducere. Sponsalia
enī sp̄ fuerunt nulla. Cum enī nō possint p̄sistere
ex pte vnius tñ: oportet dicere q̄ cum omnib⁹ so-
ronib⁹ sponsalia c̄ent p̄cta. et sic nullam posset duce-
re obstante publica honestate. Et hanc op̄i. glo. te-
net **J**o. an. Et hec omnia tollunt fīm. **H**o. q̄ fate-
dum est sp̄salia a principio fuisse incerta et sub q̄-
dam tacita p̄ditione q̄ p̄mitit accipe quam ele-
git. et nō nascit publica honestas. nec est v̄z di-
cere etiam p̄sensum de p̄t̄ adesse. s̄ copula subse-
cuta op̄at purificatōꝝ illius tacite p̄ditionis. q̄ vi-
det tunc p̄sentire et eligere istam. Et hāc op̄i. **H**o.
sequit **P**anor. in. d. c. ex l̄ris. Nam in dubio non
d̄ p̄sum duplex p̄ctū. s̄. stupr⁹ et p̄iurij. s̄ pot⁹ in
fauorem matrimonij debem⁹ p̄sumere copulam
fuisse licitas. Et q̄ voluerit ille adimplere iurame-
tum suum. Nam in dubio s̄p̄ iudicamus p̄ matri-
monio. vt in. c. licet ex q̄dam. de testi. Secus fīm
Ho. si q̄s iurat se dicere vnam de certo loco. nā
tunc cognoscendo certam vel vnam. nō videf cū
illa p̄here: cum possit hoc casu cū alia p̄hendo ad-
implere iuramentū. Idem **P**anor. s̄ **L**ar. in. d. c.
ex l̄ris vñ no. d. **J**o. an. bi tenet. q̄ nec p̄textu iura-
menti. nec sp̄salia. nec m̄rimonij ista mulier
conguta poterit petere hunc in v̄z. q̄ non int̄uenit
p̄sensus mutu⁹. nec vba p̄ctus directe sunt certa
ad eam. copula aut̄ vbi p̄ctus non p̄cedit non in-
ducit p̄ctum. q̄ tñ iuramentū dirigit obligatōꝝ in
deum. posset dici q̄ isto casu. ex officio iudex cā p̄
iuri vitandi: possit cogere hunc ad p̄hendū. Opi-
nio tñ **H**o. videf sat̄ tolerabilis fauore m̄rimo-
nij. Et p̄ p̄dicta pat̄z r̄nsio ad q̄dem. Quis. pmisit
duci. **H**o. accipere vnam ex suis. subiectis. et ita
iuravit. p̄summauit copulam cū vna. Hic q̄ hoc
casu nō est m̄rimonij. vt dicitur est s̄. Et id est dñia
a p̄cedenti. q̄. q̄ ibi. p̄ter p̄summataz copulaz erat

nata affinitas cū alijs s̄orib⁹. et ideo cogi d̄z p̄-
here cū illa. Secus in casu n̄o: q̄ licet p̄sumet cō-
pulam cū vna subdita ducis. non p̄ter hoc im-
pedit accipe aliaz.

Tu quid si q̄s p̄nitit accipe vnam ex s̄orib⁹ tici
quam elegerit. et ipse p̄sentit. et interuenit iura-
mentū: postea sequit copula cū vna. An erit ma-
trimonij. **H**o. dicit q̄ sic. Et ita p̄minister te-
neat fīm. d. **J**o. anto. in. d. c. ex l̄ris. q̄ v̄z est dicere
singulas istas mulieres p̄sensisse sub hac p̄ditione
si eam elegerit. Sed copula habet vim purificatio-
nis p̄ditionis. c. de illis. de p̄di. ap. ergo tenet ma-
trimonij. Et si dieat. quare secus in q̄one glo. **D**.
anto. assignat rōnem. q̄ ibi p̄sensus fuit nucleus et
purus. Et ideo rōne incertitudinis viciat. hic au-
tem fuit sub cōditione subsensus. et p̄ctus referit
ad tempus purificate p̄ditionis. q̄ ipsa purificatio
p̄ditionis videf inesse in p̄ctu. ergo ex quo postea
certaz elegit. videf p̄sensus ille fuisse certus a prin-
cipio. Et id restaurat matrimonium per copulam
q̄ p̄ditōꝝ purificat. d. c. de illis.

Verz p̄sensus ad t̄ps faciat matrimonij. **R**ū.
fīm **P**e. cum inseparabilitas sit essentialitas m̄rimo-
nij: nō ad m̄rimonij req̄rit p̄sensus ad inseparabi-
litas. et si sit ad t̄pus nō facit m̄rimonij. ex de cō-
di. ap. c. fi. **H**oc intellige si deducat in pactum ex-
pressum ab ambob⁹. Secū si in corde retenta sit ta-
lis p̄dition. nam p̄dition in corde retenta nibil op̄at.
Et hoc singulariter voluit **Inno**. vt dicit **P**anor.
in. d. c. fi. vbi singularit̄ disinguuit. q̄ si vterq; p̄t
gum p̄sensit p̄ditioni apposite p̄sbam m̄rimonij
tacit m̄rimonij nō tenet. Si aut̄ alter p̄dixit: tenet
matrimonij si fuit p̄cessum ad p̄summatōꝝ ipsi⁹.
Idem dicit fauore m̄rimonij si alter tacuit. et sic ta-
cens h̄ebit p̄ dicente. Et no. bene hoc dicit **In-**
No. videf enī p̄ hoc velle q̄ in alijs actib⁹ tacēs vi-
deat p̄sentire p̄trui fīm. p̄testatōꝝ alter⁹: licet. p̄te-
statio sit onerosa et odiola. vt dicitur est s̄. Electio se-
cundo. Et dicit **H**o. q̄ hoc sepe est p̄dicandū. ne
simplices mulieres decipiāt. **D**e. q̄. tñ principale
vide. i. **Papa**.

Matrimonij quarto.

M si fiat contra intentionem. Et querit: si
q̄ p̄trahunt verbo et dissentient animo
nunqđ sit m̄rimonij. **R**ū. fīm. vī. si vterq; vel af-
ter animo dissentiat: nō est m̄rimonij. Si tñ de s̄
lo p̄stiterit: ecclesia p̄spellet eos simili esse: cū de int̄e-
tione ostare nō possit. vñ nec credere ei q̄ dicit se
nō int̄endisse. q̄ q̄libet sic posset dicere: et separat
matrimonium. q̄. vt d̄ ei de p̄ba. q̄ tuas. numis
indignū est iurta legitimas sanctiones. vt qđ q̄s
sua voce lucide p̄testatus est in eum casum. p̄pro.
valeat testimonio infirmare. Si tñ signis eviden-
tib⁹ appareat de s̄ilatione: ecclesia non indicabit
matrimonium esse. als verbis stabit. hoc posset in-
telligi. quando vterq; vel alter eorū reclamaret sta-
tim post tale matrimonij p̄ctum se non p̄sensisse.
